

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Reuerendo uiro, Hieronymo Schuollio, docenti Euangelium & pie & fideliter  
in ecclesia Berlinensi, amico suo carissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

nam Ecclesia habitura esset. Hac nos spe consolemur. Bene uale. Anno 45.

Philippus Melancthon.

Reuerendo uiro, Hieronymo Schuollio, docenti Euangelium & piè & fideliter in Ecclesia Berlinensi, amico suo carissimo.

S. D. Reuerende uir, & amice charissime, Tueamur coniunctionem propter gloriam Dei, & salutem Ecclesiarum: praesertim cum passim fiant perniciose dilacerationes. Acerrima mihi certamina fuerunt cum Theobaldo Thannero, qui olim professor fuit in Academia Francofrana, qui in unum chaos confudit Ethnicos & Ecclesiã Dei: ait & in Ethnicis fuisse Christianos, qui legem nouerint. Et cogitat diuinitatem Christi esse ipsam legis noticiam. Nunc illo τετυφομένω rursus dimisso: redeo ad Stancari disputationem, quã mutam istuc. In Prussia quos tumultus pepererit amici nostri N. conciliatio, audiuisse te arbitror. Iam N. edidit prioris sui scripti declarationem seu ἀπαρθέωσις ualde tenuem, cuius exemplum mit-

411  
60. Plura scriberem, si aurige tempus concederet.  
Bene uale. Die 29 Martij.

Philippus Melancthon.

Clarissimo uiro, D. Christophoro  
Pannonio, fratri suo cha-  
rissimo.

Saub. p. 258.

S. D. Clarissime uir, & charissime frater:  
Laudo equidem studium nostrorum auditorum,  
qui tuum Ciceronem auidè emerunt. Atque uti-  
nam tam auidè legant & relegant. Sed tamen o-  
ptarim & nobis aliqua exempla relicta esse. Vni-  
cum erat reliquum, quòd mittimus. Ac Bibliopo-  
la Conradus adhuc Lipsiæ habet circiter uigin-  
ti, quæ cum allata fuerint, tibi mittimus. In ue-  
stibulo est epistola ad Concilium, tuo nomine à  
me scripta, quam an uideris nescio. ἀλλ' ἂν οὐ μὲν  
βλῆτ' ἐγὼ λυγρόβατος, ἢ οὐκ ἀνεμῶνα μέγος πόδα,  
inquit Theocritus. Rectius esset nostram ieiunam  
præfationem non esse præfixâ tuæ narrationi. cum  
non referat tuæ orationis nitorem. & uoluerã à te  
omnia prius inspicere. Sed Peucerus, ut opinor, ty-  
pographo chartas misit, à te non inspectas. Mitto  
tibi epistolam meo nomine scriptâ ad Constiliicũ,  
quã legi à te uolo: ac si iudicabis mittendã uel exhi-  
bendã esse, obsignabis. Mitto & pagellas, in quib.

F 2 est